tium approbamus, & confirmamus, ac inuiolabilis Apostolicæ Firmitatis Robur illis adijcimus. Insuperq; quòd Nullus cuiuscunq; status, gradus, & conditionis existens, neq; vti Physicus; neq; vti Chirurgus possit in Ciuitate, & Comitatu, ac Districtu prædictis mederi, seu Medicamenta exhibere, nisi ab eodem Collegio approbatus, & licentiatus fuerit, seu Gradum Doctoratus in Medicina in alijs publicis Collegijs susceperit; Quorum tamen Priuilegium sibi concessum, Eidem Collegio præsentare teneatur, susceperit. Minùsq; Barbitonsores venas incidere, cucurbitulas, seu cuppas apponere, aut quemuis alium actum Chirurgicum exercere valeant, nisi prius ab Eodem Collegio, vt præmittitur, examinati, & approbati fuerint. Aromatarij verò, & quicumq; Alij quæuis Medicamenta, tam externa, quàm interna, absq; expressa d. Collegij licentia adhibere nullo modo possint. Prætereà non liceat Quibusuis Magistratibus, & Superioribus cōtra Præsentium Nostrarum Tenorem quascumque Licentias cuiuis Personæ concedere, seu Collegium huiusmodi super præmissa quouis modo impedire, vel molestare. Deniq; si vllo vnquàm tempore experientia compertum fuerit Aliquam ex d. Collegij Constitutionibus, seu Quamuis aliam Cōuentionem ab Eo factam, ad publicam vtilitatem non tendere, tunc & eo casu eidem Collegio licitum sit, Congregatis legitimè duabus ex tribus illius Partibus Constitutionem, seu Conuentionem huiusmodi, prout expediens videbitur, alterare, corrigere, & in melius reformare: Præsentes verò Literas, & in eis contenta quæcumq; semper valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, Eidemq; Collegio in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari. Et ità per quoscumq; Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiàm Causarum Palatij Apostolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere; ac Irritum, & Inane, si secus super his à Quoq; quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Auctoritate, & Tenore Presentis statuimus,

de-

decernimus, atq; declaramus. Non obstan. Constitutionibus, & Ordinationibus, (ac quatenùs opus sit) d. Ciuit. etiam Iuramento, Confirmatione Apostolica, vel quauis Firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus; Priuilegijs quoquè, Indultis, & Literis Apostolicis quibusuis Personis, sub quibusuis ten. & formis, ac cum quibusuis, etiam Derogatoriarum Derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis Clausulis, necnon irritan. ac alijs Decretis in genere, vel in specie, aut aliàs in contrarium præmissorum quomodolibèt concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi de Illis specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum mentio haben. foret, Illorumq; omnium tenore, Præsentibus pro plenè, & sufficientèr expressis, & insertis haben. Illis (aliàs in suo robore permansuris) hac vice dumtaxat specialitèr, & expressè derogamus, Cæterisq; contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apùd S. Petrum sub annulo Piscatoris Die 11. Decembris 1621. Pontific. Nostri Anno Primo. S.Card.S.Susannæ.

P*OST Quarum quidèm Literarum præsentationem, admissionem, & receptionem Nobis, & per Nos, vt præmittitur, factas, fuimus pro parte, & nomine dd. Illust. & Excellentiss. DD. Prioris, & Protomedicorum Illust. Collegij Eorundem, & in dd. Literis Apostolicis latius descriptorum debita cum instantia requisiti, quatenùs ad dd. Literarum binarum Apostolicarum, & Contentorum in Eis executionem, iuxtà per eas primo loco à prælibato fel. rec. Leone PP. X. & à d. Sanctiss. D. N. Gregorio Papa XV. & à Sancta Sede Apostolica Nobis traditam, seu directam Formam procedere, Eisquè, & Eorum Successoribus, iuxtà Illarum Formam efficacis defensionis præsidio assistere curaremus. NOS igitur Franciscus Maria Sinibaldus Vicarius, & Executor Apostolicus antedictus, attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam, volentesq; Mandatum Apostolicum prædictum Nobis in hac parte dire-*

 ctum,

ctum, reuerentèr, vt tenemur, exequi. Idcircò præfatos Perilluſt. & Excellentiſs. DD. Priores, & Protomedicos d. Illuſt. Collegij Illuſt. Protomedicorum Ciuit. Bonon. in dd. præinſertis Literis Apoſtolicis principalitèr nominatos, aut aliàs quomodolibèt, & in effectu Eos, vel Eorum Quemlibet, tam coniunctim, quàm diuiſim, ac Eius in d. Collegio ſucceſſores, acceptatores in poſſeſſionem, vel quaſi Conceſſionis, Approbationis, Authoritatis, Facultatis, & Iuris, & ſingulorum quorumcumq; Annotatorum, Conceſſorum, Specificatorum, Contentorumque, & Deſcriptorum in dd. præinſertis Literis Apoſtolicis, Auctoritate Apoſtolica Nobis ſic, vt ſuprà, data, conceſſa, & attributa, & qua vigore Earundem Literarum fungimur in hac parte, ac aliàs omnibus meliori modo, iure, via, cauſa, forma, quibus magis poſſumus, & debemus, ponimùs, & inducimus in omnibus, & per omnia, modoquè, & forma, proùt in dd. præinſertis Literis Apoſtolicis continetur, dicitur, & ab Eiſdem Sum. Pont. conceſſum, & impartitum fuit, iuxtà vim, formam, continentiam, & tenorem Earundem. Quæ omnia, & ſingula ſuprascripta, & infraſcripta, necnon, & dd. Literas Apoſtolicas, huncq; Noſtrum Proceſſum, ac omnia, & ſingula in Eis contenta, & deſcripta Vobis omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis, Quibus præſens Noſter Proceſſus dirigitur, peruenit, & præſentabitur, & Cuiuslibet Veſtrum, tam coniunctim, quàm diuiſim dd. Illuſt. DD. Priori, & Protomedicis, ac Eorum Collegio efficacis defenſionis in præmiſſis, & infraſcriptis Præſidio aſſiſten. Auctoritate Apoſtolica prædicta, ac aliàs omni meliori modo, vt ſuprà, intimamus, inſinuamus, & notificamus, & ad veſtrũ cuiuslibet, veſtramquè notitiam deducimus, & deduci volumus per Præſẽtes. Voſque omnes, & ſingulos, & Veſtrũ Quemlibet tenore Præſentium requirimus, monemus primò, ſecundò, tertiò, & perẽptoriè communitèr, vel diuiſim; ac Vobis, & Veſtrum Cuilibet inſolidum, in virtute S. Obedientiæ, & ſub infraſcriptis Sententiarum Pœnis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs infra ſex Dierum

rum

rum spatium post præsentationem, & notificationem præfatarum Literarum Apostolicarum, & præinserti Nostri Processus, ac requisitionem Vobis, seu alteri Vestrũ factas, in, & postquam pro parte, & nomine dd. Illust. DD. Prioris, & Protomedicorum, & Eius in d. Collegio Successorum, vigore Præsentium fueritis requisiti, seu Alter Vestrum fuerit requisitus, immediatè sequen. Quorum sex Dierum, duos primos pro primo, duos secundos pro secundo, & reliquos duos Dies pro tertio, vltimo, & peremptorio termino, & monitione canonica Vobis, & Vestrum Cuilibet assignamus, dd. Illust. DD. Priores, & Protomedicos, & Eorum in d. Collegio Successores, & Eorum Quemlibet dd. Concessione, Auctoritate, Facultate, Iure, Confirmatione, Approbatione: & omnibus Alijs in dd. præinsertis Literis Apostolicis in futurum perpetuò liberè, & pacificè vti, frui, potiri, & gaudare communiter, vel diuisim, vt ad Vos, & quemlibet Vestrum spectat, & pertinet, ac spectabit, & pertinebit, sinatis, faciatis, & permittatis, & Quilibet Vestrum sinat, faciat, & permittat, & in omnibus, & per omnia iuxtà vim, formam, continentiam, & tenorem dd. Literarum Apostolicarum, & præsentis Nostri Processus, omni meliori modo, vt suprà. Quod si fortè præmissa omnia, & singula nõ adimpleueritis, seu distuleritis contumacitèr adimplere, Mandatisquè, & Monitionibus Nostris huiusmodi, immò verius Apostolicis, non parueritis realitèr, & cum effectu; Nos in Vos omnes, & singulos suprascriptos, si culpabiles fueritis in præmissis, & generalitèr in Cõtradictores quoslibet, & Rebelles, vel ipsos Illust. & Excellentiss. DD. Priorem, & Protomedicos, aut Eorum Successores, vel Eorum Aliquem supèr præmissis in aliquo impedientes, aut Ipsos, vel Eorum Alterum impedien. aut derturban. auxilium, cõsilium, vel fauorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quouis quæsito colore, modo, vel ingenio cuiuscumq; conditionis, status, gradus, ordinis, vel dignitatis existant, dantes, vel præbentes ex nunc, pront ex tunc, & è contrà singular. in singulos,

 di-

prædicta sex dierū canonica Monitione præmissa Ducatorū mille auri in auro *de Camera, ipsò facto incurren. & auferen. & pro vna Cameræ Apostolicæ, & altera medietatibus Parti læsæ applican. & in subsidium Excommunicationis. In Capitula verò, Conuentus, & Collegia, in his forsàn delinquentia, Suspensionis à Diuinis, & in ipsorum Delinquentium, & Rebellium Ecclesias, Monasteria, & Capellas Ecclesiastici interdicti Sententias, & Pœnas ferimus in his scriptis, & etiàm promulgamus (Illustriss. & Reuerendiss. tamèn Legato, Eiusque Reuerendiss. D. Vicelegato, ac Reuerendiss. DD. Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis dumtaxàt exceptis, Quibus ob Illorum Pontificalium Dignitatum reuerentiam deferimus in hac parte) si contrà præmissa, vel illorum aliquòd per Vos, vel submissas Personas publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, aut quæsito colore feceritis, aut fieri mandaueritis, Vos ex nunc, prout ex tunc, & è contra prædicta sex Dierum canonica Monitione præmissa, ingressu Ecclesiarum interdicimus in his Scriptis: si verò huiusmodi Interdictum per alios sex Dies præfatis immediatè sequen. sustinueritis, Vos in huiusmodi Scriptis simili canonica Monitione præmissa suspendimus à Diuinis. Si verò præfatas Interdicti, Suspensionisquè Sententias per aliòs sex Dies, deindè duodecim immediatè sequētibus, animis, quòd absit, sustinueritis, induratis Vos, & vestrum Quemlibet ex nunc, prout ex tunc, & è contrà, prædicta canonica Monitione præmissa* Excommunicationis Sentētia *prædicta Auctoritate innodamus. Cæterùm, cum ad executionem præmissorum vlteriùs faciē. quòad præsēs, pluribus alijs præpediti negotijs personalitèr interesse non possimus; Vniuersis, & Singulis DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Inuentoribus, Thesaurarijs, Sacristis, tam Cathedralium, & Metropolitanarum, quàm Collegiatarum Canonicis, Paroch. Eccl. Rectoribus, seu Locumtenen. Eorumdem Plebanis, Viceplebanis, Archipresbyteris, Vicarijs perpetuis, Capellanis,*

Cur-

Curatis, & non Curatis, Altaristis, Presbyteris, Clericis, Caeterisque Personis Ecclesiasticis, in quibuscumq; Dignitatibus, gradibus, vel Officijs constitutis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuscumq; per Ciuit. & Diœcesim Bonon. ac aliàs vbilibèt constitutis, & eorum Cuilibet insolidum supèr vlteriori executione d. Mandati, atq; Nostri huius Processus facienda, Auctoritate Apostolica praedicta, tenore Praesentium plenariè committimus Vices Nostras, donèc Eas specialitèr, & expressè ad Nos duxerimus reuocan: Quos, & Eorum Quemlibet insolidum eisdem Auctoritate, & Tenore requirimus, & monemus primò, secundò, tertiò, peremptoriè communitèr, & diuisim, reisq; nihilominus, & eorum cuilibet in virtute S. Obedientiae, & sub Ducatorum quingent. auri in auro de Camera, *ipso facto auferendorum, Locisq; Pijs applican.* & in subsidium Excommunicationis *Poenis, & Sententijs, quas in Eos, & Eorum Quemlibet, nisi fecerint, Quae mandamus, & deferimus in his Scriptis districtè percipien. Mandantes, quatenùs infrà sex Dies postquàm pro parte, & nomine dd. Illust. DD. Prioris, & Protomedicorum, & Eorum Collegij, ac Successorum Eorundem, aut aliàs Eorum Agentium, Procuratorum, & Sollicitatorum supèr hoc fuerint requisiti, seu Altèr fuerit requisitus, immediatè sequen. quos Dies sex, & Eorum quemlibet pro omni dilatione, tertioq; Peremptorio, ac Monitione canonica assignamus, ità tamèn, quòd in his exequen. Vnus Alterum Eorum non expectet, nec Vnus pro Alio, seu per Alium se excuset, ad Vos omnes, & Singulos suprascriptos, Quibus praesens Noster Processus dirigitur, & Vestrum Quemlibet, ac Personas, & loca, aliàs, & alia, quando, & quotiès requisiti fuerint, seu Alter Eorū requisitus, necesseque, & expediens erit, accedant, seu accedat; praefatasq; Literas Apostolicas, & hunc Nostrum Processum, & omnia, & singula in Eis contenta, Vobis omnibus, & Singulis suprascriptis, & Vestrum Cuilibet legant, intiment, insinuent, & fidelitèr publicare procurent, dictis-*

que Illust. DD. Priori, & Protomedicis, Eorumq; Successoribus in d. Collegio in dd. prainsertis Literis Apostolicis contentis, & descriptis efficacis præsidio Defensionis assistant, ipsasquè Literas Apostolicas, & hunc Nostrũ Processum, omniaque, & singula in Eis contenta quæcumq; firmitèr obseruare; ac ipsos Illust. DD. Priorem, & Protomedicos, & Collegium, Eorumque in d. Collegio Successores dictis Concessione, Auctoritate, Facultate, Iure, Approbatione, Cõfirmatione, Aliȷ̃sq; omnibus, & singulis in eisdem prainsertis Literis Apostolicis contentis, perpetuò in futurum liberè & pacificè vti, frui, & gaudere, Vice, & Nomine Nostris realiter, & cum effectu faciant, & faciat, ne Ipsos, & Eorum aliquem cõtrà ipsarum prainsertarum Literarum Apostolicarum, & contentorum in Eis tenorem, formam, & continentiam quomodolibèt indebitè molestari, vel perturbari sinat, aut permittat, seu Alter Eorum sinat, aut permittat; ipsisq; Literis Apostolicis, & in Eis contentis quibuscumq; realitèr, & cum effectu parere, & obedire faciant, & faciat, ac pareant, & obediant, seu pareat, & obediat, & in omnibus, & per omnia iuxtà vim, formam, continentiam, & tenorem dd. prainsertarum Literarum Apostolicarum, ac præsentis Nostri Processus, & in Eis contentorũ. Non obstan. omnibus ȷ̃s, quę dd. SS. DD. NN. Papæ voluerunt nõ obstare, & generalitèr omnia, & singula Nobis in hac parte commissa plenariè exequãtur, iuxtà prainsertarum Literarum Apostolicarum vim, formam, continentiam, & tenorem. Ità tamèn, quòd dd. Subdelegati Nostri, vel Quicunq; Alius, seu Aliȷ̃ in praiudicium dd. Illust. DD. Prioris, Protomedicorum, & Collegiȷ̃ prædicti, Eorumq; Successorum, vel Alterius Eorum non valeant attentare quomodolibet in Pręmissis, nec in Processibus per Nos habitis, aut in præmissis per Nos factis, addendo, vel suspendendo, aliquid immutare. In cæteris autèm, quæ Eisdem nocere, vel obesse possent, Ipsis Subdelegatis nostris, & Eorum Cuilibet, & Quibusuis Aliȷ̃s potestatem omnimodam delegamus. Et si contingat supèr præmissis in aliquo pro-

cede-

cedere, de quo Nobis potestatem omnimodam reseruamus, non intendimus propterea Commissionem Nostram huiusmodi in aliquo reuocare, nisi de Reuocatione ipsa specialem, & expressam in nostris Literis fecerimus mentionem. Per Processum autem Nostrum huiusmodi nolumus, nec intendimus Nostris in aliquo praeiudicare Collegis, quominus Ipsi, vel Eorum Alter, seruato tamen hoc Nostro Processu, in huiusmodi negotio procedere valeant prout Eis, vel Eorum Alteri visum fuerit expedire: Praefatas quoq; Literas Apostolicas, huncq; Nostrum Processum, & omnia, & Singula hoc Negocium tangentia volumus penès dd. Illust. D D. Priorem, & Protomedicos, Illorumq; Successores remanere, & non per Vos, aut Aliquem Vestrum, seu Quemcumq; Alium, Ipsis inuitis, & contrà Eorum voluntatem quomodolibet detineri: facientes verò contrarium, praedictis Nostris Sententijs, in his Scriptis, vt suprà latis, d. canonica Monitione praemissa, ipso facto volumus subiacere. Et si forsan Cōtradictores, Molestatores, Perturbatores, Inquietatores, & Impeditores praefatis Monitionibus, & Mandatis Nostris huiusmodi, immo veriùs Apostolicis, in futurum quomodolibet parere, & obedire recusarent, seu differrent, & negligerent contumacitèr adimplere, Illustrissimum, & Reuerendiss. D. D. Co. Ludouicum, miseratione diuina Tit. S. Mariae Transpontinae, S. R. Ecclesiae Presb. Card Ludouisium nuncupatum, Sanctiss. D. N. Papae, Sanctae Sedis Apostolicae Camerarium, Archiepiscopumq; Bononiae, & Principem, Successoresq; Suos pro tempore Camerarios, & Archiepiscopos, necnon Quoscumq; Illustriss. & Reuerendiss. D D. Legatos, Vicelegatos, & Gubernatores, Caeterosq; Officiales quarumcumq; Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & Locorum S. R. E mediatè, vel immediatè quomodolibet subiectorum pro tempore existen. Iurisdictionem temporalem, & ordinariam quomodolibet exercentes, Eorumq; Locumtenentes, & Quemlibet Eorum, tamq; Religionis, & Fidei Christianae participes, & defensores, pro parte S. Sedis Apostolicae requirimus,

mus, monemus, & rogamus, quatenùs Ipsi, & Eorū Quilibet, postquàm fuerint requisiti, & Alter Eorum fuerit requisitus pro parte dd. Illust. DD. Prioris, & Protomedicorum, & d. Collegij, aut Alicuius Eorum, seu Alios, vti veri Catholici in hac parte Officij Sui dexteram exercentes, infrà sex dies post præsentationem, seu notificationē, & requisitionem Præsentium Eis, seu Eorum Alteri factas, immediatè sequentes, Molestatores, Contradictores, Impedientes, Perturbatores, Inquietatores, & Rebelles quoscumque, cuiuscumque status, gradus, vel cōditionis existant; etiamsi Pontificali præfulgerēt Dignitate; & eorum quilibet, proùt in prædictis Literis Nostris, culpabiles fuerint, Qui sic Iudicium, & Censuras Apostolicas, Ecclesiasticas contempserint, & pœnas pecuniarias incurrerint, per captionem, & detentionem bonorum suorum mobilium, & immobilium, sub Ipsorum; & Cuiuslibet Eorum Iurisdictione existentium, & deindè per prædictarum Personarum captionem, & detentionem, etiàm manu forti, & alium quemuis modum canonicum, proút Eisdem DD. Iudicibus temporalibus, & Eorum Officialibus videbitur expedire, Auctoritate Nostra, immò veriùs Apostolica, Vice Nostra (absq; tamèn graui Eorumdem corporum læsione) cogant, & compellant, seu cogat, & compellat, vsq; ad integram paritionem, & obseruationem omnium, & singulorum, & quorumcumq; in præinsertis Literis Apostolicis, & præsenti Nostro Processu contentorum; & talitèr ipsos Inobediētes, & Rebelles, & Alios quoslibet astringat, etiàm Ipsorum potētiā brachij sæcularis, donèc, & quousquè ad obedientiam S. Matris Ecclesiæ redierint, & prædictis Literis Apostolicis, huicquè præsenti Nostro Processui cum effectu paruerint; Beneficiumq; Absolutionis à suprascriptis Censuris, Sententijs, & Pœnis meruerint obtinere. Mandamus tamèn Copiam fieri de præmissis eam Petentibus, et habere debentibus: Petentium siquidèm sumptibus, et expensis; Absolutionem verò Omnium, et Singulorum, Qui præfatas Nostras Sententias, aut Earum Aliquam incur-

cur-

currerint, Nobis, vel Superiori Nostro tantummodò reseruamus. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præsentes Nostras Literas, siuè præsentem Nostrum Processum, & Processus Instrumentum publicum exindè fieri, & per Nostrum, dictaq; Curiæ Archiepiscopalis Publicum Notarium infrascriptum subscribi, & publicari, Sigilliq; Magni dictæ Curiæ Archiepiscopalis appensione muniri fecimus. Datum, & Actum Bononiæ in Archiepiscopali Palatio, in Mansionibus inferioribus Nostræ Habitationis, sub Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Secundo, Indictione Quinta, Die verò Septima Mensis Iunij, Pontificatus autèm Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij Diuina Prouidentia Papæ Decimiquinti Anno Eius Secundo. Præsentibus ibidem RR. DD. Bernardino de Salerijs I. V. D. & Ioanne de Bendinis Presbyt. Bonon. ac D. Cæsare Bellioſſo Ciue, & Notario Bonon. Testibus ad supradicta omnia, & singula adhibitis, vocatis, atq; rogatis.

Franc. M. Sinibald. Vic. Gen. & Exec.

Ego Pyrrhus quon. D. Cæsaris Bonon. Ciuis, Publicus Apostolica, Communis & Curiæ Archiepiscopalis Bonon. Not. Actuarius, de supradictis omnibus contentis in præsenti Processu, & Fulminatorio rogatus fui: Ideò in hanc publicam, & authenticam Formam redegi, & Signum meum apposui solitum, & consuetum.

Locus ✠ Signi.

Gregorius Papa XV.

AD futuram Rei Memoriam. Cum, sicùt accepimus, licèt Literis fel. rec. Clementis PP. Sep. Prædecess. Nostri, sub Die 22. Ianuar. 1523. emanatis, sub certis tunc expressis pœnis cauca-

ueatur expreſsè, ne à Comitibus Palatinis Doctores in Ciuitate Noſtra Bonon. Illiuſq; Comitatu, & Diſtrictu creari poſſint: ac Venerabil. Frater Noſter Alexander Epiſcop. Albanenſis Card. Montaltus nuncupat. de Anno 1604. tunc Sedis Apoſtolicæ in Ciuitate, ac Comitatu, & Diſtrictu prædictis de Latere Legat. Literis prædictis inhærendo, quodam ſuo Edicto declarauerit, & expreſsè prohibuerit, ne Quis, qui ad Doctoratus Gradum in Publico Collegio promotus non eſſet, publicè in Habitu Doctoris comparere poſſet: Nihilominùs Aliqui reperiuntur, Qui non in Publico Collegio, ſed in Cubiculo ab Eiſd. Comitib. ad Doctoratus Gradum Promoti, in Eàdem Ciuitate in Habitu per Doctores geſtari ſolito, ad exercendum publicè Doctoris Officium comparent, in Honoris, & Reputationis Collegiorum Vniuerſitatis Eiuſd. Ciuitatis præiudicium. Nos præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, obuiare, nec non Doctores, & Alios prædictos ſpecialib. Fauoribus, & Gratijs proſequi Volentes, & Eorum Singulares Perſonas à Quibuſuis Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti; Alijſq; Eccleſiaſticis Sententijs, Cenſuris, & Pœnis, à Iure, vel ab Homine quauis Occaſione, vel Cauſa latis, ſi Quibus quomodolibet innodatæ exiſtant, ad effectum Præſentes duntaxat conſequen. Harum Serie Abſoluentes, & abſolutos fore Ceſentes: Motu Proprio, & ex Certa Scientia, ac Matura Deliberatione Noſtris, deq; Apoſtolicæ Poteſtatis Plenitudine; quòd de cætero Comites Palatini huiuſmodi, & Alij, non ſolùm in Ciuitate prædicta ad Doctoratus Gradum promouere, vt præmittitur, Sed nec Ij, qui alibi ab ijſd. Comitib. ad huiuſmodi Doctoratus Gradum promoti fuerint, in Ciuitate, Comitatu, Diſtrictuq; prædictis Habitum, per Doctores geſtari ſolitum, deferre; neque publicè, vel priuatim, prout à Doctoribus fieri conſueuit, Docere, neque Aduocati Munus exercere, ſeu in Cauſis patrocinari; vel Mederi; vel aliquem Actum ad Doctores ſpectãtem exercere minimè valeant; ſub Pœnis Arbitrio Noſtro infligendis, Tenore

Præ-

Præsentium, Declaramus, ac Interdicimus, & Prohibemus. Declarantes præsentes Literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore: Eisdemquè Doctorib. & Alijs in omnib. & per omnia plenissimè suffragari. Et ità per Quoscunq; Iudicès Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, iudicari, & definiri debere: & Irritum, ac Inane, si secùs à Quopiam Quauis Auctoritate, scientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Non obstantib. Ordinationib. & Constitutionib. Apostolicis; & quibusuis Statutis, & Consuetudinib. etiàm Iuramento, Confirmatione Apostolica; vel quauis Firmitate Alia roboratis: Priuilegijs quoq; Indultis, & Literis Apostolicis, quibusuis Personis, sub quibuscunque Tenorib. & Formis; ac cum quibusuis Clausulis, & Decretis, in contrarium Præmissorum quomodolibèt concessis, confirmatis. Quib. omnib. & singulis, Eorum Omnium Tenores Præsentibus pro plenè, & sufficientèr expressis habentes; Illis alias in suo Robore permansuris, hac Vice duntaxat specialitèr, & expressè Derogamus, Cęterisquè contrarijs Quibuscumq; Dat. Romæ Apùd S. Petrum Sub Annulo Piscatoris Die 25. Februar. 1622. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

S. Card. S. Susannæ.

Priuilegium Palatinatus In ampla forma pro Collegijs Artium, & Medicinæ Gymnasij Bonon.

CAROLVS V. Diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Insularum Balearium, Fortunatarumque, ac noui Orbis Indiarum, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, & Galliæ Belgiæ Dominus, &c. Ad perpetuam rei memoriam. Quam inter omnia disciplinarum genera, liberalesquè

artes Philosophia præcipuè celeberrima, nobilissimaquè omnium consensu semper habita fuerit, vtque sit ipsa viuendi lex, virtutum omnium indagatrix, vitiorum expultrix, morum magistra, Dei immortalis, Cæli, & sublunarium omnium exploratrix, adeò vt felices, beatasque fore Respub. illas memoriæ proditum sit, quas Philosophi rexissent, aut quorum Principes Philospharentur. Quumque huic proximè accedat Medicinę scientia tantæ nobilitatis, vt hominem Deo Opt. Max. quodammodò similem faciat. Quippè eius vitam est mortalibus dare; datam verò conseruare, prorogare, ac in melius reducere manus est Medicinæ facultatis, quam, & Christus humani generis Autor, Apostolique omnes pariter profiterentur; Æquum itaquè esse arbitramur, ac Christianæ Reipub. Imperatore dignum, harum disciplinarum, aliarumque liberalium artium studiosos omni fauore, gratia, ac humanitate proequi. Quod etiam maiores nostros Imperatores præstantissimos, squorum vestigia inseq; volumus, animaduertisse, ac religiosè obseruasse videmus, quibus non tam curæ fuit, vt eorum imperia longè latèque paterent, quam Florentissima Philosophiæ, Medicinæ, cæterarumque liberalium artium Gymnasia amplissimis muneribus, priuilegijsque decorata instituere, Quà ratione nimirum adductus Theodosius II. iunior Roman. Imperatorum postquam Athenæ corruerant liberalium artium, & Medicinæ studia Bononiam transtulit, vbi hæ facultates eius, ac Prædecessorum nostrorum opera à situ, ac interitu vindicatæ assiduè excoluntur, ac florent, speramusque Gymnasia eadem melius procedere, ac amplificari posse si huius sacri conuentus tempore cũ Clem. VII. Pont. Max. à nobis aliquo insigni munere exornata fuerint, Quo aduentus in hanc Vrbem nostri, beniuolentiæque, ac paterni amoris dulce pignus, & sempiternam memoriam relinquamus, Accedunt preces Venerabilis, docti, deuoti, syncerè nobis dilecti Thomæ Campegij Artium, & V. I. Doctoris Episcopi Feltren. Archidiaconi Bonon. & eiusdem Gymnasij supremi Cancellarij

pro

pro ipsis Collegijs apud nos intercedentis. Cuius viri virtutibus, ob illius ergà nos deuotionem, ac merita non solum in his cōdescendere, sed & maxima quæque concedere cupimus; Igitur motu proprio, ex certa nostra scientia, animo deliberato, & sano accedente cōsilio, & de nostræ Cæsareæ potestatis plenitudine omnia, & singula priuilegia, concessiones, libertates, præeminentias, prærogatiuas, gratias, & indulta eidem Collegio Artium, & Medicinæ Ciuitatis Bononien. à prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus, & Regibus, concessas, & concessa in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, & continentijs, ac si rerum omnium tenores hic de verbo ad verbum inserti forēt, & quos pro insertis, ac descriptis haberi volumus, per præsentes laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, innouamus, & quatenus opus sit ea omnia, & singula de nouo Clementer concedimus, & elargimur, eisq; vim, robur, & auctoritatem nostram adijcimus, & impartimur, & vt nostram ergà eadem Collegia Artiū, & Medicinæ gratiam, & clementiam vberius ostendamus, ipsaque quò largius homines decorare possint, eò plures ad virtutem, ac bonas literas sectandas alliciant, eisdem motu, scientia, animo, consilio, ac potestate dictis Collegijs Artium, & Medicinę, ad quorum Collegiams pertinet Scholares in rigoroso examine approbare, & dignos Doctoralibus infulis, & insignibus iudicare plenam, liberam, & amplam potestatem, auctoritatem, & facultatem concedimus, vt quos Doctores creauerint, dignosque iudicauerint, Qui equestri dignitate, atque insignijs decorentur eosdem possint, & valeant, obseruatis solitis ceremonijs Milites, siue Equites auratos Romani Imperij, nostra & auctoritate creare, facere, & constituere, equestribusque insignijs decorare, & omnia militaria ornamenta eisdem tradere, Decernentes, ac volentes, vt huiusmodi Equites per prædicta Collegia, vt præmittitur creandi omnibus illis iuribus, priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, honoribus, dignitatibus, & prærogatiuis, vti, frui & gaudere debeant, ac possint,

sint, quibus alij milites, siuè equites aurati manibus, & verbo nostro creati gaudent, vtuntur, & fruuntur, ac vti, frui, & gaudere possunt consuetudine, vel de iure. Quibuscunque in contrarium facientibus non obstantibus, Recepto tamen ab ipsis Equitibus per huiusmodi Collegia creandis, & ipsorum quemlibet, debito iuramento in hunc modum, videlicet. Quod erunt nobis, & sacro Romano Imperio, nostrisque successoribus ritè, ac legitimè ad id venientibus vbicunque terrarum, & locorum degerint, seù ad quācumque dignitatem, & ordinem peruenerint, fideles, Nec vnquam erunt in cōsilio, tractatu, & participatione, vbì nostrum, & sacri Romani Imperij damnum, aut periculum agatur. Quinimò damna, & detrimenta nostra pro virili sua auertent, orphanos verò, & pupillos, viduas, personas miserabiles, & Ecclesias lasas, & oppressas, vbì sciuerint, defendent, & tutabuntur. Praterea vt pradicta Artium, & Medicina Collegia amplioribus gratijs, & prarogatiuis decoremus, Motu, scientia, animo, auctoritate, & potestate supradictis Doctores omnes Collegijs, tam Artium, quam Medicinæ cooptatos, tam prasentes, quam futuros, ad quos pertinet Scholares, vt prafertur rigoroso examine approbare, & eorum quemlibet Milites, siuè Equites aur atos, & sacri Lateranensis Palatij, Aulaque nostra Casarea, & Imperialis Consistorij Comites fecimus, creauimus, & ereximus, ac per prasentes auctoritate Casarea, & de plenitudine Imperialis nostra potestatis facimus, creamus, erigimus, & insignimus. Decernentes, & volentes, vt omnibus, & singulis Priuilegijs, iuribus, immunitatibus, insignibus, ornamentis, honoribus, praeminentijs, exemptionibus, libertatibus, prarogatiuis, gratijs, & indultis frui debeant, & gaudere: Quibus cateri Milites, & Equites stricto ense à nobis, aut nostris in Imperio successoribus creati, & ornamentis militaribus insigniti, ac Sacri Lateranensis palatij, Aulaque nostra Casarea, & Imperialis Consistorij Comites fruuntur, & gaudent, seù quomodolibet vti, frui, & gaudere possint consuetudine,

vel

vel de iure, dantes, & concedetes eisdem Collegiatis Artium, & Medicinæ, & eorum cuilibet amplam facultatem, & potestatẽ creandi Notarios publicos, seu Tabelliones, & Iudices ordinarios vbiq; per Sacrum Romanum Imperium, qui idonei, sint, & litteratura sufficienti, super quo ipsorum conscientias oneramus, eosq; & ipsorum quemlibet per pennam, & calamarium inuestiendi, dummodò tamen ab ipsis Notarijs publicis, seu tabellionibus, & iudicibus ordinarijs per eos, & eorum quemlibet, vt præmittitur, creandis vice, ac nomine nostro, & Sacri Romani Imperij, & pro ipso Romano Imperio debitum fidelitatis recipiant corporale, & proprium iuramentum in hunc modum videlicet, quod erunt nobis, & sacro Imperio, & omnibus successoribus Romanorum Imperatoribus, & Regibus legitimè intrantibus fideles, nec vnquam erunt in consilio, vbi nostrum periculum tractetur, sed bonum, & salutem nostram defendent, ac fideliter promouebunt, damnaque nostra pro sua possibilitate vetabunt. Præterea instrumenta, tam publica, quam priuata, vltimas voluntates, Codicillos, Testamenta quæcunque, iudiciorum acta, ac omnia alia, & singula, quæ illis, & cuilibet ipsorum ex debito dictorum officiorum facienda occurrent, vel scribenda, iustè, purè, fideliter, omni simulatione, machinatione, falsitate, & dolo remotis scribent, legent, facient, atque dictabunt; Non attendendo odium, pecuniam, vel munera, aut alias passiones, vel fauores: scripturas verò, quas in formam publicam redigere debebunt in membranis mundis, non tamẽ chartis abrasis, neque Papyreis, fideliter secundum terrarum consuetudinem conscribent, facient, ac dictabunt. Causasque Hospitalium, & miserabilium personarum. Necnon pontes, & stratas publicas pro viribus procurabunt. Sententias quoquè, & dicta testium, donec publicata fuerint, & approbata, sub secreto fideliter retinebunt. Ac omnia alia, & singula rectè, iustè, & purè facient, quę ad dicta officia quomodolibet pertinebunt eo consuetudine, vel de iure. Qui quidem Notarij publici, seu tabelliones, & iu-

dices

ordinarij per præfatos Collegiatos creandi, possint, & valeant per totum Romanum Imperium, & vbiquè terrarum facere, scribere, & publicare contractus, iudiciorum acta, instrumenta, vltimas voluntates, codicillos, testamenta, decreta, & auctoritates interponere in quibuscunque contractibus requirentibus illa, vel illas, atque omnia alia, & singula facere, publicare, & exercere, quæ ad dictum officium Notarij publici, seu tabellionis, & iudicis ordinarij pertinere, & spectare noscuntur. Decernentes, vt omnibus instrumentis, & scripturis per huiusmodi tabelliones, & notarios publicos, siue Iudices ordinarios fiendis plena fides vbilibet adhibeatur, constitutionibus, statutis, & alijs in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque. Insuper eadem auctoritate nostra Cæsarea, motu, animo, ac scientia supradictis, damus, & concedimus eisdem Collegiatis Artium, & Medicinæ, qui ad præsens sunt, aut deinceps perpetuis, futuris tēporibus fuerint, amplam facultatem vt possint, & valeant, Naturales, Bastardos, spurios, manzeres, nothos, incestuosos copulatiuè, vel distinctiuè, & quoscunque alios cuiuscunque status, gradus, & praeminētiæ existant, etiamsi infantes fuerint præsentes, seu absentes, & ex illicito, & damnato coitu procreatos, seù procreandos, existentibus, & non alijs filijs legitimis, vel agnatis, eis etiam aliter non requisitis, viuentibus, vel etiam mortuis eorum parentibus. Illustrium tamen Principum, & Comitum filijs dumtaxat exceptis, legitimare, & eos, ac eorum quemlibet ad omnia, & singula iura legitimæ restituere, & reducere, omnemque geniture maculam penitus abolere ipsos restituendo, & habilitando ad omnia, & singula iura successionum, & hæreditatum, tam communia, etiam feudalia, seu Emphyteotica, quam locorum quoruncunq; spetialia, etiamsi de filijs tantum legitimè natis loquerentur, etiam ab intestato cognationis, & agnatorum, ac ad Honores, Feuda, Dominia, Dignitates, & singulos actus legitimos, tam ex contractu, & vltima voluntate, quam alio quocunque

mo-

modo, ac si essent de legitimo matrimonio procreati, obiectione prolis illegitimæ penitus quiescente; Et quod ipsorum legitimatio, vt suprà facta, pro legitimè facta maximè teneatur, ac si foret cum omnibus iuris solemnitatibus. Quorum defectus specialiter auctoritate Imperiali suppleri volumus, & intendimus. Dummodò tamē legitimationes huiusmodi per Collegiatos prædictos, vel eorum quemlibet fiendæ non praiudicent filijs, & hæredibus legitimis, & naturalibus, quum ipsi cum legitimandis per ipsos Collegiatos æquis portionibus suis succedant parētibus, & agnatis, nisi forsan ratione sexus, vel agnationis ex dispositione legis alicuius municipalis, vel consuetudine, deberent prædicti legitimi præferri, si ab initio fuissent legitimati. Quò casu ipasmeis prærogatiuam, præsentium quoque tenore concedimus; sint autem ipsi legitimandi de domo, familia, & agnatione parentum suorum, ac Arma, & insignia eorum portare, & deferre possint, & valeant, etiam integra, absq; vlla ruptura vt efficiantur nobiles, si parentes eorum nobiles fuerint; Non obstantibus in prædictis aliquibus legibus, quibus caueatur, quod naturales, bastardi, spurij, incestuosi, copulatiuè, vel disiunctiuè, vel alij quicunque de illicito coitu procreati, vel procreandi non possint, nec debeant legitimari, liberis, naturalib. legitimis, existentib. vel sinè consensu, & voluntate filiorū naturaliū, & legitimorum, aut agnatoū, aut feudi dominorum, & specialiter in authentico, quibus modis naturales efficiantur legitimi, & quibus modis naturales efficiantur sui, per totum, & §. naturales si de feud. fue. controuersi inter de., & agnat. & l iubemus. C. de emancip. liber. *& alijs similib. quibus legibus, & cuilibet ipsarum volumus expressè, & ex certa scientia pro hac vice derogari. Et etiam non obstantibus aliquibus contrahentium dispositionibus, & testatorum vltimis voluntatibus, aut legibus alijs, & locorum statutis, & consuetudinibus, etiam si talia forent, quæ deberent exprimi, & de illis fieri mentio specialis; quibus obstantibus, & obstare volentibus*

tibus

tibus in hoc casu dumtaxat, & ex certa nostra scientia, & de plenitudine nostrę Caesareae potestatis totaliter derogamus, & derogatum etiam volumus per praesentes, concedentes etiam eisdem Collegiatis huiusmodi derogationib. & clausulis necessarijs, & opportunis vtendi omnimodam potestatem. Item damus, & concedimus eisdem Collegiatis praesentibus, & futuris, plenam, & amplam facultatem, qua possint, & valeant, ac eorum quilibet possit, & valeat tutores, & curatores confirmare, constituere, & ordinare, eosque, causis legitimis subsistentibus, amouere, necnon cum infamibus quibuscunque quacunque tam iuris, quam facti tenentur infamia, dispensare, famam eis realiter, & cum effectu redintegrare, omnemque ab eis notae, & infamiae maculam abstergere, eosque ad omnes honores, gradus, officia, & dignitates reddere habiles, & idoneos, atque filios adoptare, & arrogare, & eos adoptiuos, & arrogatos facere, constituere, ordinare. Insuper filios legitimos, & legitimandos, adoptiuosque emancipare, & adoptionibus, & arrogationibus, & emancipationibus quibuscunque omnium, & singulorum, etiam infantium, & adolescentium consentire, & veniam aetatis supplicantibus concedere, auctoritatem, & decretum in omnibus interponere; seruos etiam manumittere manumissionibus quibuscunque cum vindicta, vel sine, & minorum alienationibus, & alimentorum transactionibus, auctoritatem, & decretum interponere; Possintque, & valeant minores Ecclesias, & Communitates laesas, altera parte ad id prius vocata, in integrum restituere, & integram restitutionem eis, vel alteri ipsorum concedere, iuris tamen semper ordine seruato. Volentes quaecunque, & singula in praedictis ex nunc, prout ex tunc, & è conuerso, rata, firma, & perpetua esse, & teneri omni, & quacunque exceptione remota. Non obstantibus in praemissis aliquà lege, constitutione, decreto, statuto, consuetudine, caeterisque in cõtrarium facientibus quibuscunque. Quibus omnibus, & singulis, quatenus obstare possent praesenti nostrae concessio-

cessio-

ceßioni, & indulto, pro hac vice dumtaxat, & ad effectum præsentium totaliter derogamus, & derogatum esse volumus, etiam si talia forent, de quibus specialis mentio fieri deberet. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ creationis, erectionis, concessionis, decreti, voluntatis, derogationis, priuilegij, & gratiæ paginam infringere, aut ei quouis ausu temerario contraire. Si quis verò secus attentare præsumpserit, præter nostram, & Imperij sacri indignationem, grauissimam pœnam quinquaginta marcharũ auri puri fisco, seu Ærario nostro Imperiali, totidemque parti læsæ, toties quoties contrafecerit irremissibiliter pendendam se nouerit incurrisse. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Dat. Bonon. die vigesimaquarta Mensis Februarij, Anno Domini Millesimo quingentesimo trigesimo, Imperij nostri Decimo, & aliorum Regnorum nostrorum quintodecimo.

Carol.

Bulla S. D. N. Greg. XIII. Pontif. Max. Pro confirmatione Priuilegiorum à Romanis Pont. & ab Imperatoribus, & alijs Principibus concessorum,

Cum alijs prærogatiuis, & priuilegij Colleg. Doctorum Philosophiæ, & Medicinæ Ciuitatis Bononiæ.

GREGORIVS PAPA XIII.

AD perpetuam rei memoriam; Tanta sunt, quæ per Philosophiæ, & Medicinæ scientiam humanæ vitæ commoda af-

feruntur, vt illarum professores, qui pro publica vtilitate laborare non cessant, Sedis Apostolicæ benignitatem in eorum petitionibus, & votis experiri, & amplioribus in dies ornamentis decorari promereantur. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filij Doctores Philosophiæ, & Medicinæ Collegiorum nostræ Ciuitatis Bononiæ per dilectum filium nostrum Philippum Tituli Sancti Sixti Presbyterum Cardinalem Boncompagnum nuncupatum, quod ipsi cupiunt priuilegia, immunitates, facultates, libertates, & indulta ipsi Collegijs à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, ac Imperatoribus, & Regibus, alijsque Principibus concessa, vt perpetuæ firmitatis robur obtineant nostræ approbationis munimine roborari. Quare nobis humiliter supplicari fecerunt, vt eorum votis annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui liberalium Artium professores speciali dilectione prosequimur, Collegiorum prædictorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula priuilegia immunitates, præeminentias, facultates, prærogatiuas, libertates, gratias, & indulta Collegijs prædictis, tam ab ipsis Pontificibus Prædecessoribus nostris, quam ab Imperatoribus, & Regibus Roman. ac alijs Principibus concessa, quorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus haberi volumus pro expressis, quatenus sint in vsu, & sacris Canonibus, ac præsertim decretis Concilij Tridentini non repugnent, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, eaque firmiter obseruari debere decernimus, supplentes omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint

rint in eisdem. Et nihilominus præmissa omnia, & singula prout per Prædecessores nostros, ac Imperatores, Reges, aliosq; Principes concessa sunt; Apostolica auctoritate tenore præsentium de nouo concedimus, ac omnes, & singulos Doctores in Artium liberalium Philosophiæ, & Medicinæ Collegijs huiusmodi cooptatos præsentes, & futuros, Milites, & Equites auratos, auctoritate Apostolica earumdem tenore præsentium creamus, constituimus, ac aliorum militum, & Equitum auratorum numero, & consortio fauorabiliter aggregamus, eosque pro talibus haberi, nominari, & reputari, necnon omnibus, & singulis prærogatiuis, priuilegijs, & exemptionibus, fauoribus, gratijs, & indultis, quibus cæteri milites, & Equites aurati de iure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè posse, & debere decernimus; Et insuper eisdem Doctoribus quoscunque, quos militari dignitate, ac honore dignos esse putauerint, huiusmodi dignitate, & honore cum solita militaris cinguli, & calcarium deauratorum exhibitione decorandi, ac aliorum militum, & equestrium virorum ordini aggregandi, plenam, & liberam auctoritatem, & tenore prædictis auctoritatem, & facultatem concedimus. Præterea quod omnes, & singuli in Collegijs huiusmodi ad Doctoratus, vel magisterij, seu licentiaturæ, aut alios gradus pro tempore promoti, omnibus, & singulis antelationibus, priuilegijs, prærogatiuis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præeminentijs, honoribus, facultatibus, gratijs, fauoribus, & indultis, quibus alij Doctores licentiati, & graduati in quibuscunque alijs Vniuersitatibus, tam citrà, quam vltrà montes, ad Doctoratus, vel magisterij, aut licentiaturæ gradum, iuxtà illorum ritus, & mores promoti de iure, vel consuetudine, aut aliàs quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, vti, potiri, & gaudere in omnibus, & per omnia perindè, ac si Doctoratus, magisterij, licentiaturæ, &

alios

alios gradus huiusmodi in eisdem Vniuersitatibus, iuxtà illorum ritus, & mores suscepissent, liberè, & licitè possint, & valeant; præfata auctoritate Apostolica earumdem tenore præsentium statuimus, & ordinamus. Quocircà venerabilibus fratribus Archiepiscopo Bononien. & Episcopo Imolensi, ac dilecto filio Abbati Monasterij Sancti Stephani ordinis Sancti Benedicti Bonon. per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seù alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quandò opus fuerit, ac quoties pro parte Doctorum prędictorum, seù alicuius eorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant, actoritate nostra præsentes literas, & in eis contenta huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos, quos præsentes literæ concernunt, illis pacificè gaudere; non permittentes eos desuper per quoscunque contrà earundem præsentium tenorem quomodolibet molestari; contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super ijs habendis, seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando; inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacij PP. Octaui Prædecessoris nostri de vna, & Concilij Generalis de duabus dietis, dummodò vltrà tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, & quibusuis alijs Apostolicis, necnon in prouincialibus, & synodalibus Concilijs, edictis generalibus, vel specialibus, constitutionibus, & ordinationibus, ac Cancellariæ Apostolicæ per nos, & Sedem eandem in contrarium forsan prò tempore editis; necnon legibus Imperialibus, statutis, & consuetudinibus, etiam Ciuitatum, & locorum, ac illorum reformationibus, etiã iuramẽto, cõfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnon quibusuis priuilegijs, indultis, & literis Apostolicis, etiam quibusuis Vniuersitatibus,

stu-

ſtudiorum generalium Collegijs, etiam Archiuij Romanæ Curiæ, & quibuſuis alijs locis, etiam ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & Reginarum, Ducum, Principum, & aliorum Dominorum temporalium conceſſis approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, ac forma in illis tradita obſeruata inſerri forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes in illis, aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſſè derogamus; contrarijs quibuſcunque; aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à dicta ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo, ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die XXV. Iulij MDLXXXIII. Pontif. noſtri Anno Duodecimo.

Cæſ. Glorierius.

LAVS DEO.





V.D. Iuuentius Tortus Cler. Reg. S. Pauli, Pœnitentiarius, pro Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. D. Hieronymo Boncompagno Bonon. Archiepiſc. & Principe.

Item Imprimatur.

Fr. Ioannes Vincentius Paulinus Inquiſitor Bononiæ, &c.



Die 3. Nouembris 1665.

In pleno Collegio legitimè congregato, &c. fuerunt declarati Assumpti pro noua impressione Constitutionum Protomedicatus vnà cum Excellentissimis Dominis Priore, & Protomedicis Excellentiss. DD. Petrus Iacobus Florenus, & Alexander Guicciardinus, &c.

Io: Baptista Cauatius Not. & Secr. Colleg. &c.

Ego Dominicus Maria Burgus Prior Medicinæ hunc Librum approbo.
Ego Ouidius Montalbanus V.C. Phil. & Med. Decanus, & Protomedicus pro tempore approbo.
Cæsar Zoppius Protomedicus approbo, vt supra.
Petrus Iacobus Florenus Assumptus approbo.
Alexander Guicciardinus Assumptus approbo, &c.



CATALOGO
DE' SS. FILOSOFI MEDICI

Viuenti, tanto Bologneſi, quanto Foraſtieri, publicato nel Meſe di Giugno l'Anno 1666. ſecondo l'ordine de i loro Dottorati.



Eccellentiſsimi Signori

Ippolito Scaſſiglioni da S. Angelo in Vado 1619. 20 Sett.
Ouidio Montalbani 1622. à 21. Marzo, Decano de Dottori de' Collegij. Lettor Publico Emerito.
Giorgio Bini 1624. 23. Luglio.
Tiberio Lemmi in Ferrara 1632. adì primo Ottobre.
Fabiano Fabiani in Ferrara 1633. adì 22. Gennaio.
Carlo Riari 1634. 14. Decembre. Lettore Publico.
Alberto Carradori da Imola 1635. 27. Nouembre.
Alberto Fabri 1636. 17. Marzo. Lettore Publico.
Franceſco Sacenti 1636. 3. Luglio. Lettore Publico.
Franceſco Galletti 1637. 26. Marzo.
Guido Potieri 1638. 10. Nouembre.
Gio. Battiſta Orlandini 1640. 15. Marzo.
Giacomo Accurſi 1641. 10. Mag. Coll. Filoſ. Lett. Pub.
Gio. Battiſta Capponi 1641. 17. Giugno. Lettore Pub.
Carlo Gioſeppe Contoli da Caſtel Bolog. 1642. 31. Mag.

Piergiacomo Fiorini 1642. 16. Giugno. Colleg. Let. Pub.
Gioseppe Segni 1642. 14. Luglio.
Carlo Gallerati 1642. 19. Luglio. Colleg. Lett. Publico.
Alessandro Magni 1645. 3. Agosto. Colleg. Lett. Publico.
Luca Fabri da S. Gio. in Persiceto 1645. 8. Agosto.
Leonardo Soliti in Sicilia 1645. 19. Settemb. Lett. Pub.
Cesare Zoppij 1646. 29. Nouembre in Ferrara, e poi in Bologna 1648. 17. Decembre. Colleg. Lett. Pub.
Gio. Laurentij 1647. 30. Decembre. Colleg. Lett. Pub.
Gio. Battista Cingari 1648. 26. Marzo. Colleg. Lett. Pub.
Flaminio Papazzoni 1648. 31. Marzo.
Gio. Carlo Mattesillani 1648. 3. Aprile. Colleg. Lett. Pub.
Giacomo Potieri in Ferrara 1648. 7. Aprile.
Giulio Calcina in Ferrara 1648. 5. Settembre.
Cristoforo Golfieri 1649. 28. Settembre. Colleg.
Carlo Sassi 1650. 17. Marzo. Lettore Publico.
Carlo Parenti da S. Gio. in Persiceto 1650. 5. Maggio.
Roberto Moratori 1650. 27. Ottobre. Lett. Publico.
Gioseppe Bartolelli in Ferrara 1650. 23. Decembre.
Cristoforo Chiarelli 1651. 28. Ottobre.
Carlo Lanzi Paltroni 1651. 19. Decembre. Lett. Pub.
Domenico Maria Borghi 1652. 2. Mag. Coll. Lett. Pub.
Gio. Ant. Cartari Cucchi 1652. 6. Giug. Coll. Lett. Pub.
Gio. Vincenzo Franchini 1653. 18. Marzo. Lett. Pub.
Marcello Malpighi 1653. 26. Aprile. Lettor Publico.
Pellegrino Martinelli in Pisa 1653. 26. Maggio.
Floriano Bertelli 1653. 10. Giugno Colleg. Lett. Pub.
Nicolò Iachini 1653. 17. Settembre.

Alef-

Alessandro Guicciardini 1654. 2. Giug. Colleg. Lett. Pub.
Lodouico Lodi 1654. 2. Giugno. Lettore Pub.
Gio. Andrea Volpari 1654. 10. Ottobre. Lett. Pub.
Andrea Valle da Faenza 1655. 10. Nouembre.
Angelo Ant. Liuizzani 1655. 14. Decem. Coll. Lett. Pub.
Carlo Fracassati 1656. 14. Febbraio. Colleg. Lett. Pub.
Raimondo Maria Pistorini 1656. 27. Marzo. Lett. Pub.
Bartolomeo Raimondi 1656. 26. Ottob. Coll. Lett. Pub.
Raimondo Abelli 1657. 21. Aprile. Colleg. Lett. Pub.
Gio. Batt. Gornia da S. Gio. in Persiceto 1657. 15. Giugn.
Gio. Battista Bartolini 1657. 20. Decembre.
Gio. Batt. Caualli da Castel Bolognese 1659. 20. Maggio
Daniele Angelo Todesco Medico 1659. 31. Maggio.
Bartolomeo Ferratij 1660. 3. Aprile. Lettore Publico.
Ippolito Poggioli 1660. 5. Aprile. Colleg. Lett. Pub.
Siccinio Oretti 1661. 28. Marzo. Colleg. Lett. Pub.
Giacomo Zberch Eluetio Medico 1661. 4. Giugno.
Aloisio Magni 1661. 26. Settembre. Colleg. Lett. Pub.
Nicolò Seghizzi Venet. 1662. 23. Giugno.
Giacomo Pasi 1662. 25. Agosto. Lettore Publico.
Gio. Battista Martelli 1662. 29. Agosto.
Piergiacomo Aldrouandi 1662. 28. Settembre. Colleg.
Antonio Rampionesi 1663. 30. Gennaio. Lett. Pub.
Gio. Girolamo Sbaraglia 1663. 27. Febr. Coll. Lett. Pub.
Paolo Mini 1663. 13. Giugno.
Gio. Galeazzo Manzi 1664. 24. Gennaio. Lett. Pub.
Nicolò Bottoni Ferrarese 1664. 22. Aprile.
Gio. Dardini 1664. 24. Luglio.

Luca Tesini in Ferrara 1664. 28. Luglio.
Siluestro Bonfioli 1664. 25. Ottobre.
Mauritio Fabretti 1665. 28. Nouembre.

